Idem Eidem Debet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Generosus Stanislaus Oszykowski sanus mente et corpore existens a Iuris
districtibus iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad actum hunc attinet
se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque Subjiciendo palam Libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosis
Andreae Sobaniowski et Catherinae coniugibus eorumque posteris summam Sexcentorum
florenorum polonicalium modo certi veri iusti et liquidi debiti mutuataeque pecuniae tenetur atque
debet Quam quidem summam suprascriptam Sexcentorum florenorum polonicalium idem reco-
gnoscens Generosus Oszykowski se ac suos successores in et super bonis suis generaliter
omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat easdem
Generosis Andreae Sobaniowski et Catherinae coniugibus creditoribus suis et eorum
posteris hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et im-
mediate venturo dare solvere numerare et coram Officio Actisque praesentibus
Castrensibus Premisliensibus reponere et relinquere repositamque et relictam summam
eandem rursus ab eodem officio non effalcabit nec arestare vel modo quo-
vis inhibere ac solutionem eiusdem summae impugnare Ita sub vadio summae
Sexcentorum florenorum polonicalium per praedictum recognoscentem Generosum Oszykowski suis
ipsius successores suprascriptis Generosis Sobaniowskim coniugibus aut eorum
successoribus ob non solutionem summae praefatae Sexcentorum florenorum polonicalium pro
tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo Pro quo quidem
vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro summa ipsa principali
non soluta solvenda Citatus existens memoratus recognoscens Generosus Oszyko-
wski aut ipsius successores Ad instantiam suprascriptorum Generosorum
Andreae et Catherinae Sobaniowskich coniugum aut eorum successorum Ad Offi-
cium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Extunc recessu suprascripto quo ad respon-
dendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam pe-
remptorio stare comparere respondere vadium effatum luere inscriptioni huic
satisfacere ac omne iudicatum fieri debebit et tenebitur seque ac suos successores

 ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium uti et alios omnes consequenter causa eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem vero proximos terminos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis dilationem sibi non accipiendo Nullasque motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione terrestri bello convention[ea]que et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Hac etiam praesenti recognitione ad praemissa omnia mediante.

Osękowski Consorti suae Roborat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Stanislaus Osękowski sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis quibusvis omnibus inscribit et obligat Scriptum certum manuale per se recognoscentem in rem et manus Generosae Hedvigis Flavincka Consortis suae legitimae et ipsius posteris de actu et data Illius die Praemisliae die decima quinta Martii anno praesenti confectum datum manu sui recognoscentis subscriptum In omnibus et singulis eiusdem scripti conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus quibusvis universis firmiter tenere complere exequi et inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere scriptum praedictum ad inscriptionem praesentem Roboratoriam et inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum inclusi[ve] in toto referendo Idque sub vadio mille ducentorum florenorum polonicorum per praedictum recognoscentem Generosum Osękowski sive ipsius successores

suspensionem